

SACRA ROMANA ROTA

Coram R. P. D. PERICLE FELICI, *Ponente*

Nullitatis matrimonii

(*ob defectum discretionis in viro affecto P. G.*)

Decisio diei 3 decembris 1957

(*Omissis*)

FACTI ADUMBRATIO. - 1. - Vix unquam pacifica extitit vita coniugalis Adalberti et Elvirae, licet non unus filius ex cohabitatione procreatus esset. Duobus autem annis ex matrimonio transactis vir indubia signa infirmitatis mentalis dare coepit, quibus cum paulo post addita essent synthemata somatica (ictus epilepticus, inde hemiplegia sinistra), in nosocomium deduci debuit: ubi detecta est paralyticus generalis progressiva ex contagione syphilitica. Hinc, inter varias remissiones, morbus gravior et saevior factus est, adeo ut hodie conventus habeatur ad quodvis onus responsabilitatis sustinendum impar.

Hac rerum conditione commota, uxor adiit tribunal ecclesiasticum competens et matrimonium accusavit nullitatis propter defectum consensus in viro mente infirmo.

Adalberto constitutus est curator, ad normam iuris.

Instructione completa atque exquisitis trium peritorum deductionibus super actis, definitiva prodiit sententia, votis actricis contraria.

Appellatum est ad N. S. T. et die 6 nov. 1956 data est sententia, quae nullitatem matrimonii propter invocatum caput pronuntiavit.

Est nunc videndum, post appellationem Vinculi Defensoris, in tertio gradu iurisdictionis: An sententia Rotalis d. 6 nov. 1956 confirmanda vel infirmanda sit in casu.

IN IURE. - 2. - Cum matrimonium totam vitam contrahentes adstringat gravibus officiis et obligationibus, ad illud valide ineundum non sufficit quaelibet cognitio, sed merito et quae tanto negotio par sit ab eoque parta iura obligationesque satis cognoscere sinat.

Intelligentia, quae est facultas cognoscitiva veri eoque tendit ut suum quodammodo faciat quod verum extra ipsam versatur, si eadem est substantialiter omnibus hominibus, alia aliis est qualitate et quantitate: eaque evolvitur, progrediente aetate, secundum dispositiones so-

maticas, quas vocant: et inde praesertim ab adolescentia afficitur et qualificatur per elementa *noetica* (*largitatem* scilicet, qua scientia ampliolem 'documentationem' acquirit: *profunditatem*, qua rem essentialem expeditiore intuitionem cernimus: demum *altitudinem*, qua facilius ex particularibus universalia abstrahimus): dein per elementa *endotymica*, nempe ad indolem seu ingenium cuiusque pertinentia: postremo per elementa *socialia*, scilicet societatis (i. e. dell'ambiente) in qua quisque conversatur.

3. - In intelligentia hominum rite distinguas facultatem cognoscitivam quae sistit in operatione abstractiva rei universalis ex particulari, seu in apprehensione simplici veri: et facultatem criticam, quae est vis iudicandi et ratiocinandi seu affirmandi vel negandi aliquid de aliqua re, et iudicia una componendi ut novum iudicium inde logice deducatur.

Facultas critica serius in homine apparet quam facultas cognoscitiva: illa autem eo crescit quo magis progrediuntur et evolvuntur elementa, de quibus diximus supra.

Ad propriorum actuum responsabilitatem habendam (quae morali imputabilitati respondet) non sane sufficit exercitium facultatis cognoscitivae, sed operari debet facultas critica, quae una potest iudicia formare et liberae voluntatis excitare actus. Sed dum ad peccandum letaliter sufficit discretio pueri qui septennium egressus est, quatenus hic communiter potest voluntatem divinam cognoscere et rimari pro modulo suo quam probrum sit voluntatem Dei offendere: non sufficit neque potest sufficere huiusmodi discretio pro suscipiendis peculiaribus officiis matrimonio inhaerentibus et totam vitam, aliquando usque ad sacrificium, urgentibus. Id docent communiter doctores praeunte Angelico (cfr. IV Dist. 24, q. 2, art. 2, ad 11).

Quae autem talis maioritas discretionis esse debeat, considerationibus tam psychologicis quam praesertim iuridicis statuendum est.

Docent in primis psychologi huiusmodi facultatem discretivam non ante decimum secundum aetatis annum evolvi: addunt autem psychiatri pari criterio eos esse considerandos quotquot, lice aetate adulti, mente tamen, propter morbum vel congenitum vel acquisitum, nondum duodecim annos numerare videntur, nempe talem aetatem mentalem habent, quae impar sit contrahendo coniugio.

In nostra legislatione criterium desumi potest ex can. 1067 et ex can. 1082. Prior vetat matrimonium maribus nondum in aetate sexdecim annorum constitutis, foeminis autem ante decimum quartum aetatis annum: et in paragrapho secunda conmedat pastoribus animarum ut a matrimonio avertant iuvenes ante aetatem, quae, secundum regionis receptos mores, illud iniri solet. Prout appellati Patres recolunt, fundamentum et ratio huius canonis non est tam immaturitas corporis contrahentium et facultatis generativae acerbitas (quae caeterum ma-

trimonii essentiam non vitaret, licet retardandus esset matrimonii usus), quam potius facile demonstrabilis defectus discretionis necessariae (cfr. Gasparri. De matrim. I, n. 492, 493). Neque ita vulnus infligitur praesumptioni enuntiatae in can. 1082: nam si post pubertatem non praesumitur partes ignorare matrimonium esse societatem permanentem inter virum et mulierem ad filios procreandos (quod iure naturae sufficit ad matrimonialem consensum praestandum): talis mentis discretio debilis, ante aetatem per can. 1067 constitutam, esse solet: et propter hanc causam Ecclesia maiorem aetatem pro matrimonii valore exigit.

Quidquid est, urget semper can. 1082, § 2, quo dicitur ante adeptam pubertatem (itaque ante 12 annos pro muliere, ante 14 annos pro mares) praesumi ignorantia de natura matrimonii. Itaque nisi contrarium probetur, ignoratio naturae matrimonii praedicanda est pro mare nondum quattuordecim annorum, atque etiam pro homine qui licet aetate adultus sit, iudicio tamen peritorum, aetatem mentalem praesefert adulescentis minoris quattuordecim annis.

Evidenter ex his canonibus criterium pro re nostra desumitur ex quadam analogia: sed analogia vim suam magnam obtinet, cum normis psychologicis apte respondeat.

4. - Veniamus ad punctum quaestionis, scilicet ad considerandam aciem intellectus, quam praeseferunt qui paralysi generali progressiva corripuntur.

Paralysis generalis progressiva (ita breviter enuntiatur: P. G.) dicitur etiam morbus Bayle (qui primus a. 1822 illum descripsit) et definitur meningo-encephalites diffusa originis syphiliticae. Syphilidem esse huius gravis morbi causam hodie certum est, postquam Noguchi anno 1913 demonstravit in cerebro talium paralyticorum treponema vigere atque operari. Incertum vero adhuc manet problema pathogeneticum: utrum scilicet unum idemque sit an diversum virus dermatotropum, quod nempe pellem afficit, et neurotropum, quod nervos: quomodo insuper virus afficia vias vasculares et meningas, intactis reliquis organis.

Morbus, si debetur syphiliti haereditariae, infantes et iuvenes corripit: si vero infectioni acquisitae, apparet post decem-quindecim annos a contagione. Evolvitur autem modis sane diversis: et varia esse potest incubationem inter et exordium periodus.

5. - Paralysis generalis progressiva triplici syndrome constanter signatur: psychica, neurologica et humoralis.

Primam quod spectat, paralyticus praesefert *grave deficit psychicum* et *delirii* corripitur. Suam nempe cogitandi et agendi rationem immutat, memoria graviter fallitur, unde apparet de tempore et spatio veluti deductus (*disorientamento temporo-spaziale*): autocritica plus minus destituitur, dein qualibet iudicandi et ratiocinandi facultate. Eius vita affectiva vel minuitur, vel extinguitur vel immodice extollitur, im-

mutationes repentinas et irracionales aliquando exhibens de fletu v. c. in risum. Sensus moralis fit debilior: paralyticus apparet abnormis in agendo, incongruus, haud sibi constans, ad crimina pronus, cum quadam exhibitione coniuncta. Deliria praecipua in huiusmodi paralytico sunt *megalomaniae* et *melancholiae* (hypocondriae).

Signa typica neurologica paralysis generalis progressivae sunt *dy-sartria* (difficultas loquendi), *tremitus manuum et oris* ('mouvement de trommon'), *synthemata oculopupillaria*, tandem *reflexus osteo-tendinei*.

Si unum vel plura ex his signis neurologicis copulatur cum signis psychicis (praesertim cum *deficit* mentali) potest deduci cum certitudine paralysis progressiva: confirmatio autem huius diagnosis habetur per *examina biologica* sanguinis et liquoris cephalorachidiani, praesertim huius novissimi: "C'ets avant tout l'examen du liquide céphalo-rachidien qui importe. La lymphocytose donnera de 10 à 100 éléments: l'hyporalbuminose variera entre 0, 30 et 1 gr.; le B-W sera ***. Le benjoin donnera une précipitation dans la zone syphilitique selon la formule suivante: 222. 222. 220. 000. 000. 0". Talis exitus communis examinum: at paralysis progressiva admitti quoque potest, licet exitus sit minoris gravitatis (cfr. F. RAMÉE, *Paralysie générale progressive*, in Man. Alphabet. de Psychiatrie, Paris 1952, pag. 305 seq.).

6. - Formae clinicae habituales P. G. sunt: *expansiva* (frequentior, cum gravi deordinatione in agendo et in negotiis gerendis), *depressiva* (quae speciem praefert cuiusdam neurastheniae vel hypocondriae): *apathica et dementialis* (cum signis respondentibus dementiae), demum *epileptoides*, ictibus scilicet repetitis. Formae particulares P. G. sunt: *infantilis*, quae insurgit aetate 10-15 annorum et synthematis neurologicis potissimum signatur (paraplegia spasmodica, perturbationes toni et aequilibrii): *iuvenilis*, quae insurgit aetate 15-20 annorum: *et senilis*, quae insurgit post 60 annos. Denique paralysis progressiva associari potest tabi, syndromi cerebellari, alcoholismo, chronico (P. G. "arrosée"), atque simul tabi et alcoholismo (tabeto P. G. "arrosée").

P. G. si initio curetur, antequam scilicet treponeina destruxerit cellulas nerveas, sanari potest. Ante detectam malariotherapiam seu paludotherapia atque invecta stovarsol et penicillinam, morbus fataliter evolvebatur et ad exitium ducebat intra duos annos: hodie his medicinis morbus curari potest et aliquando sanari.

7. - Certum est paralytim progressivam posse facultatem criticam patientis ita parturbare, ut hic impar evadat consensui matrimoniali valido eliciendo: atque id accidere tunc quoque cum patiens inexpertis sanus sui que compos appareat. At singulis in casibus difficile est determinare an morbus eoque progressus fecerit: in dubio prudenti standum est praesumptioni pro matrimonii valore.

Hac in provincia, quae multam scientiam et prudentiam exigit, valde attendendi sunt in re psychiatrica periti, qui magis quam non versati valent indicia pensare, comparare et iuxta suae artis et scientiae criteria definire. Quod si hi signa et indicia minoris momenti ante nuptias manifestata et ab imperitis habita tantum ut aerebrosi cuiusdam actiones trahunt ad morbum graviolem tantum post nuptias manifestatum, bonum sequuntur communiter diagnosis, uti dicitur, criterium.

Verum est iudicem non teneri peritorum deductionibus et conclusionibus, praesertim si cum iudicialibus tabulis non plene cohaereant. In re autem psychologica facilis errandi aperitur via et multis arbitriis materia subiecta esse potest. Attamen a concordibus peritorum conclusionibus, eorum praesertim qui peritiae vere conspicuae christianum sensum coniungunt, non abscedet iudex nisi propter contraria gravissima argumenta.

8. - Testes quod spectat, optime animadvertunt appellati Patres cum circumspectione, hisce in causis, attendendas esse testificationes in favorem sanitatis mentalis factas ab iis qui cum patiente iunguntur vinculis sanguinis et arctae amicitiae. Hi enim ad vnicandam sanitatem mentis necessarii sui trahuntur praeter quam affectu erga ipsum, proprio quodam commodo, cum debilitas mentis unius, iudicio vulgi, in probrum ipsius familiae convertatur.

Neque mittendum est aliquas ingenii abnormitates minoris fieri momenti ab amante, quinimo et in bonum sensum verti, iuxta illud Horatii: "amatorem quod amicae turpia decipiunt caecum vitia, aut etiam ipsa haec delectant" (Serm. I, 3, 38-40).

IN FACTO. - 9. - Cum de re agatur quae non communem peritiam postulet, praestat ex testibus eos praeprimis exigere qui psychiatricam et medicam scientiam polleant, aliorum autem testium affirmata una cum peritis ex officio considerare, et in horum conclusiones demum animadvertere.

Doct. Alcibiades non unam occasionem habuit videndi conventum annis praecedentibus matrimonium: Colligendo simul omnes notitias quae tunc vulgabatur de morbida haereditate familiae et de peculiari morbo quem patiebatur conventus, doct. Alcibiades cogitavit ad syphilidem primariam seu congenitam, et cum experiretur conventum tanquam "imbécile", dehortatus est vehementer matrimonium: at, uti postea apparuit, sine exitu. Testis vidit adhuc conventum, et quidem multoties, post tres annos a matrimonio, et tunc "il m'a paru irresponsable".

Doct. Sergius curavit conventum tribus annis post matrimonium. Anamnesis denunciavit haereditatem morbidam, id quidem graviter: conventus apparebat distractus, imemor: ad medicum ductus fuerat invisendus quia sensibus destitutus fuerat, consequente hemiplegia sinistra. Peractis examinibus biologicis conclusum est agi de perturbatio-

nibus originis syphiliticae, quae initium habuerant ante aliquos menses. Tempore anteriore, ait doct. Sergius, conventus non erat "sousdoué". Hodie tamen morbus insanabilis dicendus est et ingravescit in dies cum prognosi infaustissima.

Doct. Petrus inspexit conventum post matrimonium praecise curae: consultus est an conventus occupationem aliquam in industria habere posset. Apparuit conventus nondum demens, sed "très affable au point de vue mental, irresponsable", cum aetate mentali 7, 12 annorum. Retinuit doct. Petrus morbum initium habuisse cum conventus miles erat, nempe duobus annis ante coniugium. Si forte doctor vidisset conventum ante matrimonium, hoc illi nequaquam consulisset, quia eum habuisset "trop affable au point de vue mental".

Doct. Vitus ante matrimonium nil peculiare viderat in convento: tantum "il begayait un peu": itaque normalis apparebat "au point de vue de manifestations". Post matrimonium et antequam in nosocomium duceretur conventus manifestavit exaggeratam excitationem mentalem pathologicam, quae recens videbatur. Censet tamen testis discrimen inter modum agendi ante et post matrimonium esse "enorme". Hodie conventus est "irresponsable" at, cum morbi evolutio in casu rapidissima praesumenda sit, initium morbi ponendum esset post matrimonium.

Doct. Sorthenes invisit conventum duobus circiter annis ante nuptias. Erat tunc conventus "demi-conscient" perinde ac si correptus fuisset epilepsia; praecisas responsiones non dabat: erat nervosus, non tamen agitato. Doct. Sorthenes vidit adhuc conventum quo die inspectus est a doct. Sergio, nempe post crism epilepticam: tunc cognovit ab uxore modum abnormem sese gerendi viri sui: "il se chicanait avec son bébé, s'absentait de son bureau, avait des oublis".

Ex his testibus, sane peritis, certum scimus conventum inde a duobus-tribus annis post matrimonium signa indubia dedisse P. G.: at incertum manet cuiusnam originis morbus esset, congenitus an acquisitus: incertum pariter an tempore contracti coniugii morbus iam esset in actu, et facultates mentales viri debilitaret. Pro morbo congenito et pro defectu discretionis est doct. Alcibiades et aliquatenus doct. Petrus: pro acquisito et pro valetudine viri tempore matrimonii sunt doct. Sergius, doct. Vitus et doct. Sorthenes. Animadvertere tamen debemus hos novissimos medicos vidisse et inspexisse conventum tantum cum morbus exploserat et de anteacta vita conventum illud tantum noverunt quod vel uxor vel familiares ipsis dixerunt: uxor quidem et familiares, qui interesse habere poterant ne omnia panderentur medicis, vel etiam quibusdam abnormitatibus conventi nullum vel parvum momentum tribuerant. Verdi gratia uxor qui doctori Sortheni in primis inspectionibus nil dixerat de abnormitate viri, hanc plane aperuit, sine limitatione temporis, in secunda inspectione, cum iam morbus vix abscondi pos-

set. Caeterum valorem retinent affirmata a doct. Alcibiade, qui diutius cum convento ante matrimonium conversatus est et eius vitam moresque prope, oculis medici et non imperiti cuiusdam, considerare potuit. Non inaniter ipsi conventus apparuit "un imbécile"; non sine causa ille dehortatus est coniugium. Quid igitur valet assertio doct. Sergii dicentis ante nuptias conventum fuisse "normalem" et communibus intelligentiae dotibus praeditum? Plerique autem ex his testibus dum cogitant ad infectionem veneream habitam durante servitio militari, quam conventus negat, negligunt morbidam haereditatem conventi, quam ipse doct. Sergius relevat.

10. - Videamus igitur quam conclusionem depromant periti post examinata praedictorum testium verba affirmationesque necnon depositiones partis actricis et eorum testium, qui nulla suspicione gravari possunt.

Peritus prof. Paulus, in provincia psychiatrica valde expertus, animadvertit conventum antequam stipendia mereretur, iudicio testium credibilium, dedisse signa debilitatis mentalis, adeo ut cum ad viginti annos numeraret, mente duodecim amplius annos ostenderet: eundem conventum primum ictum evidentem neuro-syphilidis habuisse durante militia, quando reactiones biologicae sanguinis fuerunt valde positivae, conventus autem statu depressivo tenebatur et litteras prolixas sine necessitate et sine sensu scribebat, uti esseret uxor: post reditum in domum suam, opinionem pluribus conventum ingessisse morbi mentalis, quo occuparetur, apparendo imbecillem, puerilem, zelotypum, colloquendi incapacem: et minas suicidii identidem proferendo: contracturum autem matrimonium stultas petitiones fecisse pecuniae, haereditatis: in itinere nuptiali abnormiter sese gessisse et, cum rediret, vehementissima et abnormi ira correptum fuisse: denique progrediente aetate mentem ipsius gravius evanuisse, quoad paulo post evidentissime apparuerunt perturbationes specificae paralysis progressivae: tremitus, deambulatio vitiosa, hemiplegia sinistra etc.

Haec omnia si simul perspiciantur cum morbida haereditate conventi a doctoribus Vito et Sergio in tuto posita, non solum concludendum est —ait peritus Paulus— conventum post matrimonium gravi mentis perturbatione affici ex P. G.: sed ex eodem morbo eundem conventum, quando matrimonium contractum est, non habuisse eam mentis discretionem quae par esset contractui tam gravi quale est matrimonium.

11. - Sed non idem sentire videtur alter peritus iudicialis, prof. Donatus. Hic aequae admittit cum reliquis omnibus ab annis subsequentiibus matrimonium, conventum correptum fuisse gravi paralyti generali, qua hodie dum afficitur: sed censet synthemata collecta diligenter ex actis ab alio perito non esse satis ad concludendum conventum ante matrimonium et in ipsius celebratione iam P. G. affici, adeo ut validum

consensum dare nequiret. Paralysis qua conventus infectus apparuit tribus annis post matrimonium potuit provocari a contagione syphilitica habita duobus annis ante matrimonium, quin necessario recurrendum sit ad haereditatem syphiliticam, a perito Paulo denuntiatam.

Huiusmodi periti deductiones, quae videntur ludere inter possibilitates, fere neglectis notitiis anamnesticis conventi et informationibus datis a pluribus testibus, praesertim a doct. Alcibiade, nescimus quomodo conciliari possint cum eiusdem periti affirmatione, scilicet viro convento, ante matrimonium, dandam esse aetatem mentalem duodecim vel amplius quattuordecim annorum. Agnoscit autem peritus: secundum affirmationes actricis conventum ante matrimonium ostendisse aetatem mentalem 7 vel amplius 12 annorum. Porro haec aetas insufficientis praesumitur in mare ad contrahendum matrimonium: et prorsus insufficientis dicenda est in viro aegrotto, qui propter ipsam aegritudinem discretionem adulescentis duodecim annorum perturbatam habet: alius est enim adulescens sanus, alius est vir aegrotus qui aciem intelligentiae habet puerifem: illic natura, hic vitium.

12. - Merito tribunal primi gradus peritiorem arcessivit prof. Franciscum, antecessorem psychiatriae in Universitate celebri. Hic non solum acta diligentissime perscrutatus est et attento examini subiecit exhibitas iam peritias, specie dissonantes. Eius conclusiones, quae sunt pro re nostra decisivae, ita breviter exponi possunt. Contra deductiones periti prof. Donati peritior animadvertit: a) ipsius conclusionem quod conventus ante nuptias non fuerit "sous-doué" apertissime pugnare sive cum concordibus affirmationibus plurium testium, inter quos eminent magistri conventi, et doct. Alcibiades, sive cum ipsa conclusione periti, dicentis aetatem mentalem conventi ante matrimonium fuisse duodecim circiter annorum (cum haberet ad 26 annos); b) paralysim progressivam conventi apparere ex actis potius haereditariam, perspectis tum gentilitio conventi, tum affirmatione ipsius conventi, numquam scilicet se habuisse infectionem syphiliticam: tum absentia cuiuscumque ulcerationis in genitalibus, cum contagio syphilitica, ope examinum biologicorum, perspicue detecta est (B. W. **): tum affirmatione doct. Sergii dicentis paralysim progressivam conventi esse typi iuvenilis et haereditati deberi: tum affirmatione doct. Petri quam examinavimus: tum denique ex eo quod maxime cum difficultate exurgere potuisset gravis ictus paralyticus ex contagione habita ante matrimonium, scilicet tantum post quattuor annos; c) deductiones periti Pauli esse in actis magis fundatas: doctorem autem Donatum non rite considerasse neque perpendisse fundamentum haereditarium morbi conventi.

His animadversis peritior concludit paralysim progressivam conventi repetendam esse ab haereditate, latentem mansisse usque dum primo explosit durante servitio militari: secundam autem explosionem

habuisse, eamque irreparabilem duobus-tribus annis post coniugium. Itaque quando matrimonium contractum est conventus, etsi amens adhuc dici nequiret, ea erat in mentali aetate constitutus ut obligationes matrimoniales valide suscipere non posset:

13. - Huic conclusioni, tantis testium suffragiis firmatae tantaque peritia psychiatricae deductae, quam confirmat quoque peritia privata, a patrono exhibita, officere nequeunt familiares conventi sustinentes se non vidisse ante nuptias vel continuo post ipsas signa debilitatis mentalis ab aliis testibus animadversa. Etenim, uti in iure diximus, parentes et familiares aegroti, et talis aegroti, minus quam aliis abnormitatis signa perpendunt necessarii sui, et caeterum grave habent illa denuntiare.

Neque conclusioni peritioris Francisci et periti Pauli (quidni et periti Donati, admittentis aetatem mentalem tam parvam?) nocent doctores conventi Sergius, Vitus et Sorthenes, excludentes debilitatem mentalem conventi tempore contracti coniugii. Talis enim conclusio, quae, uti supra animadvertimus, aliquam explicationem habere potest ex circumstantiis, veluti obruitur testimonio doct. Alcibiadis, testis de visu magni momenti, uti diximus, et plurium aliorum testium pariter de visu, praeter quam actricis.

In hanc propterea conclusionem deveniunt Patres, ut licet tempore contracti coniugii Andreas conventus demens, uti forte hodie, dici non posset, eam tamen non haberet mentis discretionem, quae iuxta ius naturale, positivis praescriptis firmatum, satis esse ad valide promendum matrimonialem consensum.

14. - His ergo omnibus tam in iure quam in facto rite perpensis et examinatis, Nos, infrascripti Patres Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi Nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus: *Constare de nullitate matrimonii in casu*: seu ad propositum dubium respondemus: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, seu sententiam Rotalem diei 6 nov. 1956 esse confirmandam: vetito tamen viro transitu ad aliud matrimonium.

(*Omissis*).

COMENTARIO

Es cada vez más frecuente encontrar en la Revistas canónicas que publican jurisprudencia de la Sagrada Rota Romana que ofrece especial interés sentencias de nulidad de matrimonio *ex capite amentiae*.

La razón de este hecho se nos antoja bien sencilla: así como sobre los demás capítulos de nulidad matrimonial se ha formado ya, por lo general, una jurisprudencia constante, un verdadero *jus receptum*, por

lo que toca a las sentencias de nulidad *ex capite amentiae* pueden apreciarse, en cambio, en el Sagrado Tribunal discrepancias fundamentales y hasta una cierta evolución a medida que la Psiquiatría logra adelantarse cada vez más en ese mundo misterioso del cerebro y, sobre todo, en los métodos curativos de las diversas enfermedades mentales.

La sentencia que intentamos comentar ofrece un marcado interés; interés que nace de un doble capítulo: a) de su *novedad*. De un elenco de *setenta y siete* que encontramos en la colección "Sacrae Romanae Rotae decisiones seu sententiae", *ex capite amentiae*, a más de las que posteriormente hemos visto publicadas en diversas revistas canónicas, es esta la primera pronunciada por *parálisis general progresiva*; y b) de la exposición que hace de la naturaleza de esta enfermedad mental y de los principios de derecho que regulan este capítulo de nulidad. Es interesante hacer constar también que la sentencia llega a la declaración de nulidad del matrimonio a pesar del juicio adverso de los familiares del paciente, de cuatro testigos *qualificati* o peritos extrajudiciales (los examinados fueron cinco) y del dictamen de uno de los peritos de oficio. Hago esta observación porque lo ordinario suele ser el caso contrario.

A dos puntos concretamos nuestro comentario, aunque limitados ambos a aquellas circunstancias que dicen relación con nuestra sentencia: a) *el problema de la discretio iudicii matrimonio proportionata*, y, b) *eficacia incapacitadora de la parálisis general progresiva*. Al final, haremos algunas observaciones sobre las pruebas testifical y pericial de la demencia.

I

El problema de la *discretio iudicii in ordine ad matrimonium*, sea en cuanto concierne a su determinación conceptual, sea, de un modo especial, por lo que toca al criterio de valoración del grado que debe presentar para que el nupturniente sea hábil para contraer matrimonio, es tomado en consideración en el *jure* de todas aquellas sentencias rotales de nulidad de matrimonio *ex capite amentiae*, en las cuales, por alteración de la capacidad natural intelectual y volitiva de uno de los cónyuges, hay que establecer si se está precisamente ante un *defectus discretionis*.

El concepto de la *discretio iudicii* se identifica en sustancia para el derecho canónico con el concepto de la responsabilidad e imputabilidad moral.

Partiendo de principios fundamentales, cuales son: "Matrimonium facit consensus"; "Consensus matrimonialis debet esse actus humanus", y de la concepción tomista sobre los elementos constitutivos del acto humano, enseñan teólogos y canonistas que, para que este acto

sea tal, ha de ser puesto por el agente *cum plena advertentia mentis et perfecto consensu voluntatis*.

Esta *plena advertentia mentis* y este *perfectus consensus voluntatis* o, en otras palabras, esta *maturitas cognitionis* y esta *maturitas libertatis*, que constituyen en el agente aquella capacidad intrínseca natural para que el acto le sea jurídicamente imputable, es lo que la jurisprudencia romana indica con el nombre de *discretio iudicii*.

Dos son, pues, los elementos bien distintos, pero concurrentes e interdependientes, constitutivos de la *discretio iudicii*: un elemento intelectual, la *maturitas iudicii*, y el otro volitivo, la *maturitas libertatis*. La jurisprudencia rotal ha rechazado las tentativas de algunos psicólogos modernos para establecer un tercer elemento, *el estimativo*, al que considera, en la medida necesaria, incluido en el intelectual.

En cuanto al primer elemento, afirma la sentencia que comentamos, hemos de tener en cuenta que en la inteligencia humana hay que distinguir bien “inter facultatem *cognoscitivam* que sistit in operatione abstractiva rei universalis ex particulari seu in apprehensione simplicis veri; et facultatem *criticam*, quae est vis iudicandi et ratiocinandi seu affirmandi vel negandi aliquid de aliqua re, et iudicia una componendi ut novum iudicium deducatur... facultas critica serius apparet in homine quam facultas cognoscitiva... Ad propriorum actuum responsabilitatem habendam (quae morali imputabilitati respondet) non sane sufficit exercitium facultatis cognoscitivae, sed operari debet facultas critica, quae una potest iudicia efformare et liberae voluntatis excitare actus”.

Esta idea sobre la doble facultad, *cognoscitiva* y *critica*, que el Ponente distingue en la inteligencia humana, clara alusión a los tres actos del conocimiento que nos enseña la Lógica, simple aprehensión, juicio y raciocinio, no es nueva en la jurisprudencia rotal, la cual nos habla frecuentemente de que la *plena advertentia mentis* no consiste en una percepción meramente instintiva, en una intelección puramente material del acto, en sí mismo considerado, sino que además exige que su autor tenga una verdadera previsión lógica y una plena conciencia consecucional del acto mismo, en sus motivos, en su esencia, en su importancia, en sus defectos. Sin embargo, hacemos resaltar como una novedad, la terminología con que nos describe el Ponente dicho elemento intelectual, ya que no la hemos encontrado en ninguna de las sentencias anteriores.

Aunque empleando una gran variedad de fórmulas, toda la jurisprudencia rotal está de acuerdo en afirmar que la *discretio iudicii*, cuyos elementos constitutivos acabamos de indicar, ha de ser *proportionata matrimonio*.

Pero aquí surge precisamente el *punctum saliens* del problema: *Establecer qué gradus discretionis iudicii puede decirse proportionata matrimonio*.

Un buen número de canonistas, principalmente antiguos, apoyados en un célebre texto de SÁNCHEZ, han sostenido ser suficiente para contraer matrimonio el mismo *gradus discretionis iudicii* que se requiere *ad lethaliter peccandum*; por lo tanto, "*omnes qui sat rationis habent ad peccandum lethaliter, possunt valide contrahere*. Por el contrario, otros autores, siguiendo la tesis de S. TOMÁS, defendieron la insuficiencia de un tal *gradus discretionis iudicii*, exigiendo un mayor *gradus discretionis*. La jurisprudencia rotal, durante mucho tiempo, ha seguido estas dos corrientes divergentes. (Omitimos aquí la tesis, verdaderamente sugestiva, del Auditor WYNEN, que intenta conciliar ambas sentencias y que apenas ha encontrado eco en la jurisprudencia. Tentativas análogas de conciliación encontramos en la sentencia *coram Grazioli*, de 16 de febrero de 1928).

La jurisprudencia más moderna, ante una más profunda consideración del carácter indisoluble del matrimonio, que es *perpetua servitudo*, acompañado de toda una serie de gravísimas obligaciones, ha ido desterrando poco a poco la mal llamada tesis de SÁNCHEZ, para sostener, de un modo casi concorde, que sólo un mayor *gradus discretionis iudicii* que el requerido *ad lethaliter peccandum* puede considerarse *matrimonio proportionata*.

Así lo hace también la sentencia que comentamos con estas palabras: "Sed dum ad peccandum lethaliter sufficit discretio pueri qui septennium egressus est, quatenus hic communiter potest voluntatem divinam cognoscere et rimari pro modulo suo quam probum sit voluntatem Dei offendere; non sufficit neque potest sufficere huiusmodi discretio pro suscipiendis peculiaribus officiis matrimonio inherentibus et totam vitam, aliquando usque ad sacrificium, urgentibus. Id docent communiter doctores, praeunte Angelico (In IV, dinst. 27, q. 2, a. 2, ad 11).

